



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 44. Pibraci, & Ferrerii epistola ad Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

„cessaria, ac in præsentī vicissitudine, Sæcul. XVI.
 „in qua hodie dum Franciæ res consti- A.C. 1563.
 „tutæ sunt, non referrentur ad hanc
 „clausulam: porro circa beneficiorum
 „pluralitatem pauca nonnisi data occa-
 „sione memoravi, prout ad Regem per-
 „scripsi: si verò Eminentia vestra præ-
 „sens fuisset, etiam mentionem insper-
 „sistem de Cardinalibus: at de iis æ-
 „que, ac de Pontifice nonnisi honori-
 „fice, ac reverenter locutus fuissē, juxta
 „Regiæ suæ Majestatis intentionem.,

§. XLIII.

*Ferrerii querelæ contra primum Le-
 gatum.*

Nequidem hisce literis contentus Fer- *Pallav. l. 23.*
 rerus, ipsum etiam primum Sy- *c. 1. n. 12.*
 nodi Legatum adiit, questus, quod in *§ 13.*
 suspicionem traheretur, perinde ac si
 absque Principis sui mandato hæc egis-
 set, ac dixisset: quamprimum vero una-
 cum Legato exierat, junctim cum Pi-
 braco ad Franciæ Regem perscripsit,
 data epistola die vigesima quinta Se-
 ptembris.

§. XLIV.

*Pibraci, & Ferrerii epistola ad
 Regem.*

In hisce literis Regi hæc exponebant. *Mem. p. 505*
 „Die decima octava præteriti Mensis

Ll 4

„man-

Sæcul. XVI. „mandata accepimus, eaque juxta
 A.C. 1563. „Majestatis vestræ jussa Lotharingio
 „Cardinali exhibuimus: dum vero li-
 „teras a sua Majestate ad Præsules da-
 „tas tradidimus, illos vestro nomine
 „hortati sumus, ut firmi in Concilio per-
 „sisterent, atque ad Ecclesiæ incremen-
 „tum operam suam impenderent: ve-
 „rum eorum plures minus exacte hæc
 „jussa exequiebantur, eoquod illa ad-
 „huc die paulo ante, vel paulo post
 „Lotharingii Cardinalis discessum Ebro-
 „dunensis Archiepiscopus, Episcopi
 „Senesensis, Sagiensis, Metensis, Ven-
 „netensis, Vinciensis, & Abricani in
 „Gallias reverterentur: insuper Vabra-
 „rum Episcopus supremum Magistrum
 „Fratrem suum Melitam visum ibat, &
 „antea septimo, vel octavo Mense San-
 „Papulientis, Corisopotanus, Conve-
 „nensis Episcopi unacum Cisterciën-
 „sium Abbate Romam profecti sunt,
 „nec minus postea Ebroicensis, Mel-
 „densis, Suessionensis, Dolensis, Ce-
 „nomanensis, & Tutellensis Episcopi
 „unacum Lotharingio Cardinale ad
 „eandem urbem contenderunt. Deni-
 „que Parisiensis Episcopus, a Regia sua
 „Majestate, ut fertur, abeundi venia
 „obtenta pariter discessit, adeo, ut
 „nunc Tridenti unice commorentur Se-
 „nonensis Archiepiscopus, & Lectora-
 „nus,

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

„nus, Cabillonensis, Sanctonensis, Mi-
„matensis, Virodunensis, Nemaufinus,
„& Vaurenſis Episcopi unacum Clara-
„vallenſi Abbate; haud enim compu-
„tari meretur Andegavenſis Episcopus,
„qui periculose decumbit.

„De cetero, quamdiu Tridenti egi-
„mus, nunquam in Concilio proposita
„est caussa de Matrimonio defuncti Na-
„varræ Regis; „ si vero de ea mentio
„fuiſſet facta, mox Maſteſtatem veſtram
„certiorem reddidiſſemus: equidem ea
„res Romæ in deliberationem venerat,
„prout Maſteſtatis veſtræ Miniſtri in hac
„Aula degentes absque dubio retulerunt:
„porro quamprimum Maſteſtatis ſuæ li-
„teras recepimus, Legati mox articulos
„de Principum reformatione corrigi præ-
„ceperunt, ac priusquam fuerant pro-
„poſiti, Patres circa alia reformationis
„capita ſuas edicebant ſententias: qui-
„busdam vero de illis haud ultra men-
„tionem fieri exiſtimantibus noſtram
„oppoſitionem juxta Regiæ Maſteſtatis
„ſuæ juſſa concinnare cœpimus, usque
„dum Legati hoſce articulos rursus ex-
„hibere cogerentur, ubi ex centum quin-
„quaginta Præſulibus tum in Synodo præ-
„ſentibus juxta Legatorum relationem
„plusquam centum etiam ſcripto promi-
„ſerunt, quod circa nullum Reformatio-
„nis articulum opinionem ſuam promere
„vellent,

Sæcul. XVI.

A. C. 1563

„vellent, nisi prius proponerentur ea,
 „quæ Principum emendationem concer-
 „nunt: quod tamen contra omnes leges
 „Divinas, & humanas factum, & qui-
 „dem cum majori severitate, ac antea,
 „quamvis contrarium illis persuadere co-
 „nati fuerimus: ut autem sua Majestas
 „desuper judicium ferret, ideo ad eam
 „omnes hosce articulos transmittimus,
 „in quorum postremo reperiet, quod Sy-
 „nodi Patres non modo Regum vitia cor-
 „rigere præsumant, sed etiam eis adi-
 „mere velint avita illorum privilegia,
 „quæ in prima propositione erant re-
 „servata.

His dictis Oratores suam agendira-
 tionem vendicant, & quid exinde or-
 tum, enarrant, tandemque concludunt,
 quod nova Majestatis suæ jussa præsto-
 lentur, ut, quid agendum, scire pos-
 sent: interea vero declarant, quod haud
 ultra Congregationibus interfuturi sint,
 donec aliter jussi fuerint.

§. XLV.

*Articuli de Principum reformatione
 in Concilio propofiti.*

Ceterum articuli de Principum re-
 formatione, contra quos Galli ad-
 eo tumultuabantur, erant numero tre-
 decim, in quibus hæc sanciebantur.

I. Judi-